

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Quod ob sanctitatem loci ab iis exigebatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

perpetuo lignorum strues arderet, idque in usum sacerdotum, quo paratum semper haberent ignem, quandoquidem discalceatis pedibus in loco sancto versari tenebantur. Itemque ex eo, quod delecti sunt qui publice sacerdotum curarent valetudinem. At causa vel præcipua morborum fuit, quod nudis pedibus in pavimento starent. Ita Batthenora inter varias causas, unde sacerdotes dolore viscerum laborarent, vel primam ponit: **לפי שכחנים** **חולנים יופים על הרצפה** quod sacerdotes inciderent discalceati super pavimentum. Jam si Theodoretum in Exod. 3. rogemus, qua ratione oporteat sacerdotes in Tabernaculo deservire? respondet: nudis pedibus istos sacrificia divina peregrisse.

Theodor. in Exod. 3.  
Quæst. 7.

V. Neque ratio est obscura, cur pedes sacerdotum calceis non muniverit Deus, & sacerdotes in templo versati sint discalceati. Voluit enim hoc Deus ob eandem rationem, ob quam Mosis atque Iosua jussit, ut calceos extraherent, quia locus, in quo stabant, ob singularem ipsius præsentiam, ficerat. Quam rationem R. Moses Bar Nach-

Nachman Gerundensis annotavit, sene verissima est & unica hujus instituti causa. Nam explosa est eorum opinio qui putant sacerdotibus calceos fuisse prohibitos, quia ex cadaverum pellibus constabant, quæ secundum legem immundæ haberi poterant, quod videtur innuere vir doctissimus Gulhelmus Stukius, cum non necesse sit. ut sacerdotes calceos haberent conviv. l. 2. ex animalium pellibus, & pelles cap. 27. animalium minime immundæ secundum legem fuerint, uti vel ex eo constat quod ipsum Tabernaculum, & omnia ipsius vasa pellibus olim tegebantur. Videri possunt, quæ nos superius notavimus de pellibus דְּבָרִים, quibus Tabernaculum lib. i. c. 3. tectum fuit, quæque super arcam & mensam & candelabrum, & altare æneum & omnia vasa ejus expandi jubentur. Nisi cadavera de morticinis intelligantur. Ex quorum pellibus utique non necesse fuit ut calcei conficerentur, cum alia materia suppeteret abunde. Pariter non placet quod alii dicunt, nullos fuisse calceos sacerdotibus, ut in templo moram & abstinentiam ab

M. 3. extra-